



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1783

VD18 90119304

§. 89. Georgii de Cornaro Cardinalis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

„præbeatur illam animi moderationem Sæc. XVIII.
 „in prosperis adhibendi, quam Defun- A. C. 1722.
 „ctus in adversis ostendere compulsus
 „fuit. Hæc enixis insuper accuratis-
 „que precibus a Divina Clementia fla-
 „gitare nunquam intermittam; dum in
 „genua provolutus sanctissimos tuos
 „pedes, qua par est, veneratione de-
 „osculor.,

Non minus eleganter idem Cardi-
 nalis Albanus viginti octo ejusdem
 Pontificis Homilias typis edi curavit:
 Rotæ tamen Senatores Innocentium
 XIII. rogabant, ut præfati Pontificis
 Bullas imprimi, prohibere velit, eo-
 quod in illis nonnulla essent, quæ hu-
 jus Tribunalis auctoritati derogarent.
 Verum impellente Albano Pontifex
 has quoque in unum volumen colligi,
 ac prælo subjici concessit.

§. LXXXIX.

*Georgii de Cornaro Cardinalis
 obitus.*

Sacrum Purpuratorum Collegium hoc Guarnac.
 anno nonnisi unius Collegæ mortem vit. Card.
 luxerat. Erat is Georgius Cornaro seu t. 1. p. 473.
 Cornelius patria Venetus ex pervetusta Vita Card.
 hujus nominis Patricia stirpe progeni- t. 1. p. 286.
 tus. Adscribebatur juvenis Equitum
 Melitensium Ordini, Prioratu Cretensi
 suæ

Sæc. XVIII, suæ familiæ hæreditario auctus. Li-

A. C. 1722. beralibus postea incubuit disciplinis

Veronæ in Collegio Clericorum Regu-
larium de Somasca. Patavium inde
profectus intentum Philosophiæ & Ju-
risprudentiæ animum adiecit, ibidem
Doctoratus Laurea ornatus: His disci-
plinis excultus, unacum suo Patre ap-
ud Hispanos Legato totum hoc Re-
gnum, necnon Lusitaniam perlustravit,
ac demum solus in Franciam delatus,
mox Angliam, pluresque Germaniæ
Urbes invisit, ibique substitit, usque
ad Argentoratensium urbem ad deditionem
coacta Ludovicum XIV. Triumphatorem,
ac solemnem ejus ingressum conspexisset.
Redux in patriam militiæ nomen dedit,
ac navalis Armamentarii Præfectura donatus,
rara suæ fortitudinis specimina variis in occa-
sionibus edidit: unde ad majora natum
consente Republica, Legatus in Galliam
decernitur, habitus ab omnibus ad ar-
duum hoc munus rite obeundum præ
ceteris dignissimus: solus tamen ipse,
quæ alii ad rabiem usque ambiunt,
mature non minus ac generose spernere
edoctus, hoc munus acceptare recusa-
vit, relictaque toga a Gregorio Cardi-
nali Barbadico Clericali tonsura Anno
1690. initiari petiit. Eodem anno Ro-
mam profectus, ab Alexandro VIII.
Papa

Papa Protonotarius, Camerae Apostolicæ Præses ac Rituum Congregationis Consultor & Legatus ad oras Adriatici maris nominabatur: Electedemum ad Pontificatum Innocentio XII. Rhodiensis Archiepiscopus, & ad Lusitaniae Regem Legatus, ac tandem Cardinalis Presbyter electus, Patavinam Ecclesiam Episcopus regendam suscepit, ubi ab Academicis, utpote non modo eximius Literatorum fautor, sed ipsemet omnigena eruditione clarus, ingenti gaudio excipiebatur. Proventus ad literarum augmentum a suo Prædecessore plurimum auxerat, omnemque impenderat operam & expensas, ut celeberrima Muratorii Anecdota latine & Græce, publicam lucem aspicerent. Erexerat insuper suo ære Seminarium, in quo Clericos Sacrationibus disciplinis, & variis linguis imbui curabat, ne vero illi juvenes, quibus ad studia ingenium aut voluntas deerat, otiosi torperent, Pictorum, Sculptorum, Architectorumque Academiam in suo Palatio Episcopali erexit, ac tyrones non modo crebra sua præsentia, sed largiter supeditatis omnibus, quæ ad excolendas has artes conferre possent, ad optatum profectum animabat. Totus etiam in procurando Divini cultus incremento erat, suosque Canonicos, et si

Sæc. XVIII.
A. C. 1722.

Sæc. XVIII. A. C. 1722. etfi illos velut sua pignora diligere, ad rigidam Ecclesiæ disciplinam proprio virtutum exemplo, morum innocentia, crebris sermonibus, & vigilia Pastoralis revocare non destitit. Insuper in quatuor Congregationibus suffragium tulit, binisque sacris comitiis interfuit, nulli tamen parti, sed merito splendore intentus. Demum vero quarta post Fratris sui obitum ipsemet adversa valetudine pressus, Petavii die nona Augusti ætatis suæ sexagesimo quarto decessit, in gentilitio tumulo sepultus.

Præter Muratorii anecdota Græci insuper suis sumptibus summam Thomæ Aquinatis in Seminarii sui Typographia excudi curabat.

§. XC.

Principum atque Illustrum decesserunt

Hist. Univ.
t. 8. Per-
riod. II.
p. 636.
Gottfrid.
Hist. Chron.
cont.

Inter Principes hoc anno denatos principue numerantur sequentes, acque dem primo Carolina Elisabetha Comitissa Palatina Rheni Conjux Philippi I. Aurelianensis Ducis, qui unice Ludovici XIV. Regis Frater erat: Decefferat die septima Decembris ætate nata septuaginta & unum. Hujus obitu præcesserant die vigesima quinta Januarii Joachimus Fridericus Dux Ho-